Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 1. Teil - Cod. Aug. perg. 88

[S.l.], [14. Jahrh.]

Ruth

urn:nbn:de:bsz:31-62647

Visual Library

filias nostras. Ideo dixerunt. Quis est de
universis tribubus israel qui non ascendit
ad dominum in masphat. Et ecce inventi sunt
habitatores iabis galaad in illo ex
ercitu non fuisse. Eo quoque tempore cum
essent in sylo nullus ex eis ibi repertus
est. Miserunt itaque decem milia viros ro
bustissimos. et preceperunt eis. Ite et per
cutite habitatores iabis galaad in
ore gladii. tam uxores quam parvulos
eorum. et hoc erit quod observare debetis.
Omne generis masculini et mulieres
que cognoverunt viros interficite. virgines
reservate. Inventeque sunt de iabes ga
laad quadringente virgines que nesci
erunt viri thorum. et adduxerunt eas ad
castra in silo in terra chanaan. Miserunt
que nuncios ad filios beniamin qui
erant in petra remon. et preceperunt eis
ut eas in pace susciperent. Veneruntque
filii beniamin in illo tempore. et date
sunt eis uxores de filiabus iabis galaad
alias autem non reperunt quas simili mo
do traderent. Universusque israel val
de doluit. et egit penitudinem super in
terfectione unius tribus ex israel. Dixerunt
que maiores natu. Quid faciemus reli
quis qui non acceperunt uxores? Omnes in
beniamin femine conciderunt. et no
bis magna cura ingentique studio pro
videndum est. ne una tribus deleatur ex
israel. Filias nostras eis dare non possumus.
constricti iuramento et maledictione qua
diximus. Maledictus qui dederit de filiabus
suis uxorem beniamin. Ceperuntque con
silium atque dixerunt. Ecce sollempni
tas domini est in silo anniversaria. que si
ta est ad septentrionalem plagam urbis be
thel. et ad orientalem plagam vie que est

de bethel tendit ad sicimam. et ad meridie
oppidi lebona. Preceperuntque filiis be
niamin atque dixerunt. Ite et latitate in vi
neis. Cumque videritis filias silo ad ducen
dos choros ex more procedere. exite repen
te de vineis. et rapite ex eis singuli uxores
singulas. et pergite in terram beniamin.
Cumque venerint patres earum ac fratres. et adver
sum vos queri ceperint atque iurgari. di
cemus eis. Miseremini eorum. Non enim
rapuerunt eas iure bellantium atque victorum. sed
rogantibus ut acciperent non dedistis. et a ve
stra parte peccatum est. Feceruntque filii benia
min ut sibi fuerat imperatum. et iuxta numerum
suum rapuerunt de his que ducebant choros
uxores singulas. abieruntque in possessio
nem suam. edificantes urbes et habitantes
in eis. Filii quoque israel reversi sunt per tribus
et familias. in tabernacula sua. In die
bus illis non erat rex in israel. sed unus
quisque quod rectum sibi videbatur hoc facie
bat. Explicit liber Sophim id est Iudicum

Incipit liber Ruth. capitulum primum.

In diebus unius iudicis quando iudi
ces preerant. Facta est fames in terra. Abiit
que homo de bethlehem iuda. ut peregrina
retur in regione moabitide. cum uxore
sua ac duobus liberis. Ipse vocabatur eli
melech. uxor noemi. et duo filii mahalon
unus et alter chelion ephratei de bethlee
iuda. Ingressique regionem moabitidem. mo
rabantur ibi. Et mortuus est elimelech ma
ritus noemi. remansitque ipsa cum filiis.
Qui acceperunt uxores moabitidas. quarum
que una vocabatur orpha altera ruth.
manseruntque ibi decem annis. Et ambo
mortui sunt. maalon videlicet et chelion.
Remansitque mulier orbata duobus libe
ris ac marito. et surrexit ut in patriam

ꝑgeret cū utraq; nuru sua. de regione
moabitide. Audierat enī qđ respexis
set dn̄s ṗp̄lm suū. ⁊ dedisset eis escas.
Egressa est itaq; de loco ꝑegrinationis sue
cū utraq; nuru sua. ⁊ iam ī uia posita
reuertendi in terram iuda. dixit ad eas.
Ite in domū matris ure. Faciat uobiscū
dn̄s misericordiam. sic̄ fecistis cū mortuis
meis ⁊ mecū. Det uobis īuenire requi
em in domibus uiroꝝ quos sortiture estis.
Et osculata est eas. Que eleuata uoce fle
re ceperunt ⁊ dicere. Tecū ꝑgemus ad po
pulum tuū. Quibus illa respondit. Reuer
timini filie mee. cur uenitis mecū. Num
ultra habeo filios in utero meo. ut uiros
ex me sperare possitis. Reuertimini filie
mee ⁊ abite. iam enī senectute ꝯfecta
sū. nec apta uinculo ꝯiugali. Etiā si pos
sem hac nocte ꝯcipe ⁊ parere filios. si
eos expectare uelitis donec crescant ⁊
annos pubertatis impleant. ante eritis
uetule quā nubatis. Nolite queso filie
mee. q2 urā angustia me magis ꝑmit.
⁊ egressa est man⁹ dn̄i ꝯtra me. Eleua
ta ḡ uoce. rursū flere ceperunt. Orpha ḡ
osculata ē socrū suā ac reuersa. ruth
uero adhesit socrui sue. Cui dixit noemi.
En reuersa ē cognata tua ad ṗp̄lm suū. ⁊
ad deos suos. uade cū ea. Que respondit.
Ne aduerseris m̄ ut relinquā te ⁊ abeā.
quocūq; ꝑrexeris ꝑgam. ⁊ ubi moratā
fuis. ⁊ ego pariter morabor. Populus
tuus ṗp̄ls m̄s. ⁊ ds̄ tuus ds̄ m̄s. Que te
morientē terra suscepit mea moriar.
ibiq; locū accipiā sepulture. Hec faciat
m̄ ds̄ ⁊ hec addat. si n̄ sola mors me ⁊ te
sepauerit. Videns ḡ noemi qđ obstinā
to ruth aīo decreuisset secū ꝑgere. adu
sari noluit. nec ultrā ad suos reditū per

suadere. Profecteq; s̄ simul. ⁊ uener̄
in bethleē. Quibus urbē ingressis. ue
lox apud cunctos fama ꝑcrebuit. di
cebantq; mulieres. Hec est illa noemi.
Quibus illa ait. Non uocetis me noemi
idē pulcrā. s; uocate me mara hoc ē
amarā. q2 ualde amaritudine reple
uit me omps̄. Egressa sū plena. ⁊ ua
cuā reduxit me dn̄s. Cur ḡ uocatis me
noemi. quā humiliauit ⁊ afflixit omps̄.
Venit ḡ noemi cū ruth moabitide nu
ru sua de terra ꝑegrinationis sue. ac re
uersa est in bethleē. qn̄ ṗmū hordea me
tebant. Erat aūt uir elimelech ꝯ
sanguineꝰ homo potens ⁊ magnaꝝ
opum. nomine boos. Dixitq; ruth mo
abitis ad socrū suā. Si iubes uadā in
agrū. ⁊ colligā spicas que metentiū
fugerint man⁹. ubicumq; clementis in
me ṗris familias repero grām. Cui
illa respondit. Vade filia mi. Abiit ita
q;. ⁊ colligebat spicas post terga metē
tiū. Accidit aūt ut ager ille haberet dn̄m
noīe boos q̄ erat de cognatione elimelech
Et ecce ipē ueniens de bethleē. dixit
messoribus suis. Dn̄s uobiscū. Qui re
sponderūt ei. Benedicat t̄ dn̄s. Dixitq;
boos iuueni q̄ messoribꝰ ṗerat. Cuius
ē hec puella. Qui respondit. Hec ē moabitis que ue
nit cū noemi. de regione moabitide.
⁊ rogauit ut spicas colligeret reme
nentes. sequēs messoꝝ uestigia. ⁊ de ma
ne usq; nūc stat in agro. ⁊ ne ad momē
tū quidē domū reuersa ē. Et ait boos
ad ruth. Audi filia. Ne uadas in alterū ad colligendū
agrū. nec recedas ab hoc loco. s; iungē
re puellis meis. ⁊ ubi messuerint se
quere. Mandaui enī pueris meis. ut ne
mo t̄ molestus sit. Sed ⁊ si sitieris. ua

b

de ad sarcinulas. et bibe aquas de quibus
et pueri bibunt. Que cadens in faciem
suam et adorans super terram. dixit ad eum. Un
de mihi hoc. ut invenirem gratiam ante oculos
tuos. et nosse me dignareris peregrinam
mulierem. Cui ille respondit. Nunciata
sunt mihi omnia que feceris socrui tue post mor
tem viri tui. et quod reliqueris parentes tuos
et terram in qua nata es. et veneris ad
populum quem antea nesciebas. Reddat
tibi dominus pro opere tuo. et plenam mercedem acci
pias a domino deo israel. ad quem venisti. et sub
cuius confugisti alas. Que ait. Inveni gra
tiam apud oculos tuos domine mi. qui consolatus
es me. et locutus es ad cor ancille tue.
que non sum similis unius puellarum tuarum.
Dixitque ad eam boos. Quando hora ve
scendi fuerit. veni huc et comede panem. et
intingue buccellam tuam in aceto. Sedit
itaque ad messorum latus. et congessit polen
tam sibi. comeditque et saturata est. et tulit reliqui
as. et inde surrexit ut spicas ex more colli
geret. Precepit autem boos pueris suis dicens.
Etiam si vobiscum metere voluerit. ne prohibe
atis eam. et de vestris quoque manipulis pro
icite de industria. et remanere permittite
ut absque rubore colligat. et colligentem
nemo corripiat. Collegit ergo in agro usque
ad vesperam. et que collegerat virga cedens
et excutiens. invenit hordei quasi ephi
mensuram. id est tres modios. Quos portans
reversa est in civitatem. et ostendit socrui. in
super protulit et dedit ei reliquias cibi sui.
quo saturata fuerat. Dixitque ei socrus. Ubi
hodie collegisti. et ubi fecisti opus. Sit
benedictus qui misertus est tui. Indicavitque ei
apud quem esset operata. et nomen dixit viri
quod boos vocaretur. Cui respondit noemi.
Benedictus sit a domino. quoniam eandem gratiam quam

prebuerat vivis. servavit et mortuis. Rursumque
propinquus ait noster est homo. Et ruth. Hoc
quoque inquit precepit michi. ut tamdiu messoribus
eius iungerer. donec omnes segetes meterentur.
Cui dixit socrus. Melius est filia mi. ut cum
puellis eius exeas ad metendum. ne in alieno
agro quispiam resistat tibi. Iuncta est itaque pu
ellis boos. et tamdiu conmessuit. donec hor
deum et triticum in horreis conderentur.

Postquam autem reversa est ad socrum suam.
audivit ab ea. Filia mi queram tibi requi
em. et providebo ut bene sit tibi. Boos iste
cuius puellis in agro iuncta es. propinquus est
noster. et in hac nocte aream hordei ventilat.
Lava igitur et ungere. et induere cultioribus
vestimentis. ac descende in agrum in aream.
Non te videat homo. donec esum potumque
finierit. Quando autem ierit ad dormiendum.
nota locum in quo dormiat. venies et disco
operies pallium quo operitur a parte pedum. et pro
icies te et ibi iacebis. Ipse autem dicet tibi
quid agere debeas. Que respondit. Quicquid
preceperis faciam. Descenditque in aream et fe
cit omnia que sibi imperaverat socrus. Cumque com
medisset boos et bibisset. et factus esset hila
rior. issetque ad dormiendum iuxta acervum
manipulorum. venit abscondite et disco
operto a pedibus eius pallio se proiecit. Et ecce
nocte iam media expavit homo et conturbatus
est. viditque mulierem iacentem ad pedes
suos. et ait illi. Que es. Illa respondit.
Ego sum ancilla tua ruth. Expande pallium
super famulam tuam. quia propinquus es. Et
ille. Benedicta es inquit a domino filia. et priorem
misericordiam posteriore superasti. quia non es secuta
iuvenes pauperes sive divites. Noli ergo me
tuere. sed quicquid dixeris michi faciam tibi. Scit
enim omnis populus qui habitat intra portas ur
bis mee. mulierem te esse virtutis. Nec abnuo

me propinquum. sed alius est me appropinquior.
Quiesce hac nocte. et facto mane si te uo
luerit propinquitatis iure retinere. be
ne res acta est. Sin autem ille noluerit. ego
te absque ulla dubitatione suscipiam. uiuit
dominus. Dormi usque mane. Dormiuit itaque
ad pedes eius usque ad noctis abscessum. Sur
rexit itaque antequam se homines mutuo cogno
scerent. et dixit boos. Caue ne quis nouerit
quod huc ueneris. Et rursum. Expande inquit
palliolum tuum quo operiris. et tene utraque
manu. Qua extendente et tenente. men
sus est sex modios ordei. et imposuit super eam.
Que portans ciuitatem ingressa est. et uenit
ad socrum suam. Que dixit ei. Quid egisti filia?
Narrauitque ei omnia que sibi fecisset homo. et
ait. Ecce sex modios ordei dedit mihi. et ait
Nolo uacuam te reuerti ad socrum tuam. Dixitque
noemi. Expecta filia. donec uideamus quem
res exitum habeat. Neque enim cessabit homo
nisi compleuerit quod locutus est. iiij
Ascendit ergo boos ad portam ciuitatis.
et sedit ibi. Cumque uidisset propin
quum pretereuntem de quo prius sermo habitus
est. dixit ad eum. Declina paulisper et sede hic.
uocans eum nomine suo. Qui diuertit et sedit.
Tollens autem boos decem uiros de senioribus
ciuitatis. dixit ad eos. Sedete hic. Quibus
residentibus. locutus est ad propinquum.
Partem agri fratris nostri elimelech. uendi
dit noemi. que reuersa est de regione mo
abitide. Quod audire te uolui. et tibi
dicere coram cunctis sedentibus. et maioribus
natu de populo meo. Si uis possidere iure
propinquitatis. eme et posside. Sin autem tibi
displicet. hoc ipsum indica mihi. ut sciam quid
facere debeam. Nullus est enim propinquus ex
cepto te qui prior es. et me qui secundus sum.
At ille respondit. Ego agrum emam. Cui dixit

boos. Quando emeris agrum de ma
nu mulieris. ruth quoque moabitidem
que uxor defuncti fuit debes acci
pere. ut suscites nomen propinqui tui
in hereditate sua. Qui respondit. Cedo
iuri propinquitatis. neque enim posteri
tatem familie mee delere debeo. Tu
meo utere priuilegio. quo me libenter
carere profiteor. Hic autem erat mos an
tiquitus in israel inter propinquos. ut si
quando alter alteri suo iure cedebat. ut esset
firma concessio. soluebat homo calcia
mentum suum. et dabat propinquo suo.
Hoc erat testimonium concessionis in israel.
Dixit ergo boos propinquo. Tolle calciamentum
tuum. Quod statim soluit de pede suo. At ille
maioribus natu. et uniuerso populo. uos
testes inquit estis hodie. quod possederim
omnia que fuerunt elimelech. et chelion et
maalon tradente noemi. et ruth moa
bitidem uxorem maalon in coniugium
sumpserim. ut suscitem nomen defuncti in
hereditate sua. ne uocabulum eius de
familia sua et fratribus ac populo deleatur.
Vos inquam huius rei testes estis. Re
spondit omnis populus. qui erat in porta
et maiores natu. Nos testes sumus.
Faciat dominus hanc mulierem que ingre
ditur domum tuam sicut rachel et liam. que
edificauerunt domum israel. ut sit exem
plum uirtutis in effrata. et habeat cele
bre nomen in bethleem. Fiatque domus tua
sicut domus phares. quem thamar peperit
iude de semine quod dederit tibi dominus ex hac
puella. Tulit itaque boos ruth. et ac
cepit uxorem. Ingressusque est ad eam. et
dedit illi dominus ut conciperet et pareret
filium. Dixeruntque mulieres ad noemi.
Benedictus dominus qui non est passus ut

deficeret successor familie tue. ⁊ uoca
retur nomen eius in israhel. ⁊ habeas qui con
soletur animam tuam. ⁊ enutriat senectutem.
De nuru enim tua natus est qui te diliget.
⁊ multo tibi est melior quam si septem habe
res filios. Susceptumque noemi puerum
posuit in sinu suo. ⁊ nutricis ac geru
le officio fungebatur. Vicine autem mulie
res congratulabantur ei dicentes. Natus
est filius noemi. Vocaveruntque nomen eius
obed. Hic est pater ysai patris david. Hee sunt
generationes phares. Phares genuit
esrom. esrom genuit aram; aram
genuit aminadab. aminadab genuit
naason. Naason genuit salmon. sal
mon genuit boos. Boos genuit
obed. obed genuit ysai. ysai genu
it david. Explicit liber Ruth.

Incipit prologus sancti ieronimi presbiteri in librum regum.

Viginti ⁊ duas litteras
esse apud hebreos. syro
rum quoque lingua et
chaldeorum testatur. que
hebree magna ex parte confinis est.
Nam ⁊ ipsi viginti duo elementa ha
bent. eodem sono sed diversis carac
teribus. Samaritani pentatheucum
moysi totidem litteris scriptitant.
figuris tantum ⁊ apicibus discrepan
tes. Certumque est esdram scribam legis
que doctorem post captam hierosolimam
⁊ instaurationem templi sub zoroba
bel alias litteras repperisse. quibus
nunc utimur. cum ad illud usque tem
pus. idem samaritanorum ⁊ hebreorum
caracteres fuerint. In libro quoque
numerorum hec eadem supputatio. sub le
vitarum ac sacerdotum censu mystice os
tenditur. ⁊ nomen domini tetragrammaton
in quibusdam grecis voluminibus usque
hodie antiquis expressum litteris in
venimus. Sed ⁊ psalmi tricesimus
sextus. ⁊ centesimus decimus. ⁊ cente
simus undecimus. ⁊ centesimus octavus
decimus. ⁊ centesimus quadragesimus quar
tus. quamquam diverso scribantur metro.
tamen eiusdem numeri texuntur alfa
beto. ⁊ hieremie lamentationes ⁊ oratio
eius. salomonis quoque in fine proverbia.
ab eo loco in quo ait. mulierem fortem
quis inveniet eisdem alfabetis vel in
cisionibus supputantur. Porro quinque litte
duplices apud hebreos sunt. caph. mem.
nun. phe. sade. Aliter enim per has scribunt
principia medietatesque verborum. aliter
fines. Unde ⁊ quinque a plerisque libri dupli
ces estimantur. Samuhel. malachim.
dabreiamin. esdras. hieremias. cum ci
noth id est lamentationibus suis. Quomodo
igitur viginti duo elementa sunt per que
scribimus hebraice omne quod loquimur.
⁊ eorum initiis vox humana comprehendi
tur. ita viginti duo volumina suppu
tantur. quibus quasi litteris ⁊ exordiis
in dei doctrina tenera adhuc ⁊ lactens
viri iusti eruditur infantia. Primus apud
eos liber vocatur bresith. quem nos gene
sim dicimus. Secundus hellesmoth. qui ex
odus appellatur. Tercius vaiecra. id est le
viticus. Quartus vagedaber. quem numeri
vocamus. Quintus addabarim. qui deu
teronomium prenotatur. Hii sunt quinque libri
moysi. quos proprie thorath. id est legem appel
lant. Secundum prophetarum ordinem faciunt. ⁊
incipiunt ab ihesu filio nave. qui apud
eos iosue bennum dicitur. Deinde sub
texunt sophtim id est iudicum librum. ⁊ in e